

Aline CANELLIS
 Université Jean Monnet – Saint-Étienne
 École de Néolatin 2016


L'héritage du latin chrétien : la réception de Jérôme à la Renaissance

SAINT JÉRÔME

Petite chronologie hiéronymienne

346/347	Naissance à Stridon (aux confins de la Pannonie et de la Dalmatie)
359-367	Études à Rome
367-374	Voyages à Trèves, Retour en Italie, Départ pour l'Orient
374-382	Séjour en Orient 375-377 : au désert 377-379 : à Antioche (prêtrise vraisemblablement en 379). 379-382 : à Constantinople
382-385	Séjour à Rome auprès de Damase († 11/12/384) ; Révisions des Évangiles et du Psautier
Dès 385	Établissement définitif en Orient 385-386 : Voyage en Palestine et en Égypte 386 : construction des monastères d'hommes et de femmes et établissement à Bethléem 390-405 : traduction de tout l'Ancien Testament 388-419 : commentaires exégétiques 393 : <i>Contre Jovinien</i> ; <i>De Viris illustribus</i> ; début de la controverse origéniste 26/1/404 : mort de Paula 31/1/411 : mort de Marcella 406 : <i>Contre Vigilance</i> 411 : mort de Rufin 415 : <i>Dialogue contre les Pélagiens (=Altercatio Attici et Critobuli)</i> fin 418/début 419 : mort d'Eustochium
30/9/419 ou 420	Mort de saint Jérôme (HIERONYMUS)

Le monde de saint Jérôme (in P. Maraval, *Petite vie de saint Jérôme*, Desclée de Brouwer, Paris, 1995).



CHRONOLOGIE DES TRADUCTIONS BIBLIQUES

JÉRÔME	Y.-M. DUVAL (DATE HLL) ¹	P. JAY (1982) ²
(1) Pentateuque <i>Desiderii mei desideratas accepi epistulas</i>	398-400	
(2) Josué, Judges, Ruth <i>Tandem finita Pentateucho Mosi</i>	404-405/406	
(3) Samuel, Rois <i>Viginti et duas esse litteras apud Hebraeos</i>	391-392	[3]
(4) Paralipomènes (selon l'Hébreu) <i>Si Septuaginta interpretum pura</i>	396-398	
(4 bis) Paralipomènes (selon la LXX) <i>Quomodo Graecorum historias magis intelligunt</i>	386-389 vraisemblablement	
(5) Esdras <i>Vtrum difficilium sit facere quod poscitis</i>	394-395	
(6) Tobie <i>Mirari non desino exactionis uestrae instantiam</i>	399	
(7) Judith <i>Apud Hebraeos liber Iudith inter Apocryfa</i>	399	
(8) Esther <i>Librum Hester uariis translatoribus constat</i>	404-405 ?	
(9) Job (selon l'Hébreu) <i>Cogor per singulos Scripturae diuinae libros</i>	avant 394	avant 394 [4]
(9 bis) Job (selon la LXX) <i>Si aut fiscellam iunco texerem</i>	386-389	
(10) Psaumes (selon l'Hébreu) <i>Scio quosdam putare Psalterium</i>	390-392	391/2 [1]
(10 bis) Psaumes (selon la LXX) <i>Psalterium Romae dudum positus emendaram</i>	entre 386 et 390 environ	
(11) Salomon (selon l'Hébreu) <i>Iungat epistula quos iungit sacerdotium</i>	398	
(11 bis) Salomon (selon la LXX) Tres libros Salomonis	386-389	
(12) Isaïe <i>Nemo cum Prophetas uersibus uiderit</i>	cité en C. Rufin 2, 32 avant 393	avant les Commentaires, avant 393 [2]
(13) Jérémie	avant 393	avant les Commentaires, avant 393 [2]

¹ Y.-M. DUVAL, *Nouvelle histoire de la Littérature Latine*, trad. allemande, à paraître, Munich, C. H. Beck, s. u. « Hieronymus », § 647, Bibelübersetzungen.

² P. JAY, « La datation des premières traductions de l'Ancien Testament sur l'hébreu par Saint Jérôme », *RÉAug* 28, 1982, p. 208-212.

<i>Hieremias propheta, cui hic prologus scribitur</i>		
(14) Ézéchiél <i>Hiezechiel propheta cum loachim rege Iudae</i>	avant 393	avant les Commentaires, avant 393 [2]
(15) Daniel <i>Danihelem prophetam iuxta Septuaginta</i>	cité dans C. Rufin, 2, 33 avant 393	avant les Commentaires, avant 393 [2]
(16) Douze Prophètes <i>Non idem ordo est duodecim Prophetarum</i>	voir Ep. 48, 4 (Domnion) avant 393	avant les Commentaires, avant 393 [2]
(17) Évangiles <i>Nouum opus facere me cogis ex ueteri</i>	383-384	

SAINT JÉRÔME DANS L'ART

Jérôme selon Albrecht Dürer *Saint Jérôme dans sa cellule (1513-1514)*, estampe *Saint Jérôme*, 1492



CARMEN VETUS INCERTI AUCTORIS.

*Sophronii Eusebii Hieronymi, orthodoxæ ecclesiæ Christi propugnatoris
sanctissimi, laudes.*

Inclite fert animus meritas Hieronyme laudes
Devotas celebrare tuas, quæ grande volumen
Expeterent: ad quas nec Graji carmen Homeri,
Altiloqui vatis, nec diva Camœna Maronis,
Nec fons eloquii Ciceronis ab arte canendas
Sufficeret: tanta est tua plurima copia laudum.
Ast ego quid faciam magna inter lumina vatum
Parvulus? ecce scio quid agam: præconia laudum
Enitar paucis succingere longa tuarum.
Pubes enim placidus, humilis, moderatus, & omni
Jam morum gravitate senex, virtutis amator
Strenuus omnis eras: tu claro maxime felix
Ingenio studiis aptus puer omnibus: unde
Grammaticus Romæ, Logicus Rhetorque politus
Factus es. Ars omnis tibi visa est, deinde profundus
Philosophus: quæ scripta rerum, qualesve poëta,
Quæ notæ veteres, ac maxima gesta per orbem
Te latuere pater? tibi non modo scita diserta
Lingua Latina prius, sed adhuc, mirabile dictu,
Græcus & Hebræus Chaldaica verba dedisti
Jam sapiens cupiensque Jesum: postponere curas
Mundi vanas corde Deum sitiens statuisti,
Ut monachus Christum illaesa mente teneres.
Nam tua quæ celebris quæ tum sanctissima cunctis
Norma nitet monachis, tua jam sapientia, virtus,
Famaque tanta fuit. Populus clamaverat esse
Te summo dignum papatu, nique fuisset
Livor edax hominum, quibus alma corôna nitescit
Vertice, Romæ equidem tunc summus episcopus esses,
O felix Christi fides, Christique beatum
Imperium ecclesiæ, si talis ubique federet
Pastor in ecclesiâ! sic namque frequentior omnia
Sancta salus animæ, mundusque beatior esset.
Existi Romam, properasti ad diva Pelasgi
Dogmata Gregorii: hinc Appollinaris adisti
Pallada post Didymi: sic ipse Theologus ingens
Factus ab eximio trino doctore Sophia.
Horrida solivagus desertaque vasta petisti
In queis tum miseram desisti sedulo vitam:
Venisti in sanctam loca diva revisere Christi
Jerusalem: devotus ibi Christo placuisti.
In Bethleem rigidam statuisti ducere vitam
Cilicium saccumque ferens: tecumque fuere
Discipuli, sanctæ radiantia sidera vitæ.
Tu vetus atque novum duo Testamenta labore
Ingenti variis purgans erroribus illa
Vertisti in linguam sacro de fonte Latinam
Hebraico, quæ nunc traductio vera tenetur.
Credimus huc ideo pervenerit actus ab alto
Spinatus claudusque leo, quo sicut ab acri
Tendentemque pedem placide querulaque loquentem
Voce tibi (constans sanasti vepe leonem)
Sic quoque sacra Dei duo Testamenta malignis
Errorum spinis sapiens purgaveris olim
Tu vigil ista duo calamo quali tota deserto
Exposuisse potes: divino Flamine plenus.
Ad quem pro dubiis magni scripsere profundis
Doctores: quorum è numero se sæpe remisit
Aurelius toto jam clarus doctor in orbe.
Hic summum de te sic protulit ore rotundo
Judicium: quæ magnus enim Hieronymus ille
Ignoravit, ait, natura humana profecto
Nescivit: tua tanta fuit sapientia rerum.
Tu sanctam patribus monachis laicisque dedisti
Normam: presbyteris simul & mulieribus, in qua
Est vita referata salus: quam continet illa
Ad varios transmissa viros epistola morum.

Tu va-

Tu varia virtute tua varioque Minervæ
 Lumine Cardineum meruisti jure galerum :
 Quem tibi Liberius præco tunc tempore Papa
 Contulit; ac animo tantum præstanteque munus
 Spectavisti, ut constans & verus in ordine Christi
 Discipulus, dives fidei, divesque salutis
 Æternæ, ac tacite contentus paupere cella.
 Tu quoque discipulis prope nonaginta sub annis
 Confectus senio moriens piâ jussa dedisti.
 Jussisti tales, veluti bos ipse fidelis,
 Ante sacrum præsepe Dei, non colle, sed ima
 Corpus homo sepelire tuum: ut denique terra
 Terram habeat. Quod quanta dedit miracula mundo
 Explicuisse fat est, quæ totus noverit orbis.
 Ut Romam domini scæam præsepeque vectum
 Ex Bethleem: vectaque tui sunt corporis almæ
 Reliquiæ: statuere Patres venerabile corpus
 Ante tuum sepelire Jesu præsepe locatum.
 Quid tibi plura loquar? heresum fortissimus ultor,
 Tu lumen fidei, tu lux sanctissima morum,
 Tu lux doctorum, tu splendida regula vitæ,
 Spectaculum virtutis ades, via, forma, salusque,
 Omnibus ut meritis tantisque laboribus euge!
 Gaudia cum Christo capias æterna beatus.
 Ergo meam tibi sancte pater commendo salutem
 Corporis ac animæ: me dirige, consule, serva,
 A cunctis defende malis: me sedulo Christo
 Committe, ut miserum faciat in fine beatum.

Ejusdem auctoris narratio vitæ Hieronymi.

Qui fui sacre fidei coruscans
 Lumen, & Christi modulatus hymnos:
 Musa Stridonis referas alumni
 Carmine laudes.

Sæpe desertis regionis oris
 Solis exusta radiis, putabam
 Victor excelsæ veterum triumphis
 Urbis adesse.

Ædibus luci residens in arctis
 Solus & mœrens, lacrymans, gemensque,
 Pauperis duxi miseranda mœtus
 Tempora vitæ.

Horruit duro cutis hæc amictu,
 Facta deformis veluti virorum
 Quos calor Phœbi recoquens calentis
 Afferat ingens.

Semper orantis gemitus ocellis
 Cordis ex imo lacrymæque surgunt
 Cum subit Christi crucis illa mortis
 Impia pœna.

Præbuit tellus requiem cubilis
 Nuda perduri: volitans per umbras
 Quando nocturnas tacite subintrat
 Lumina somnus.

Linquitur fontis gelidis in undis
 Me sitis quando cruciat: famesque
 Pellitur foetu nemoris silentis
 Arboris altæ.

Me nemo vidit comitem ferarum,
 Ante quæ nostros jacuere gressus
 Supplices, omni feritate mirum
 Me duce pulsa.

Hicubi ruptos residere colles
 Cernis, & valles strepitu carentes,
 Fervor est nobis superos in omnes
 Visus inesse.

Languidus ardor Veneris furentis
 Igne furtivo populatur artus,
 Quem fames, postquam nequirit redemptor,
 Expulit ignem.

Junximus noctes memini diebus,
 Cum meum saxi miserum subegi
 Ichibus pectus, dominique cedo
 Post modo justis.

Cellulam nostri metuens petebam
 Antra deserti: locus ima vallis
 Aptus oranti fuit, atque celsi
 Aspera montis.

Fletibus mundis lacrymisque fufis
 Dumque divinis oculi coherent
 Festis est Christus, superum videbar
 Affore turmis.

Sum pedes stratus domini ante sacros
 Sæpe qui nostris madidi fuerunt
 Fletibus: quos hi studere cani
 Tergere crines.

In Deum postquam positus quievit
 Fervor, & cessit requiem labori,
 Plura conscripti memoranda, quorum
 Millia cernis.

Scripta quæ præcis fuerant libellis
 Barbaris lingua cecini Latina,
 Ut forent cunctis monumenta patrum
 Cognita fecis.

Hæc fuit vasa regionis arvis
 Vita, quam Christi colui timore
 Post senex victum scelus omne felix
 Astra subivi.

Conditæ sacre cineres fuerunt
 Virginis templo, miseranda tellus
 Sancta dum pœnas luit & ruinæ
 Subditur hostis.

Qua pius princeps tumulos sub aram
 Gratia donet, venia perennis
 Cujus est dignus meriti vjator
 Criminis expers.

Mira quæ fecit referunt vetusti
 Codices Jesus, tribuens honori
 Nominis nostri, veneranda totum
 Jure per Orbem.

Principi laudes superum canamus
 Incolo cujus meritis Olympum,
 Cujus & fusi cruce nos redemit
 Sanguinis imber.

Qui legis nostræ documenta vitæ
 Ut tuis mundi precibus redemptor
 Annuat, supplex pia vota fundam
 Tempus in omne.

OPERUM

BRVNO ET BASILIVS AMORBACHII
CANDIDO LECTORI, S. D.

Scēptis, quos Aristotelis & Theophrasti libros, a Neleo, iure hereditatis acceperāt, timore regū Attalicorū, q̄ tum unde
cunq̄ comparatis libris bibliothecā Pergamū instituebant, in hypogaeum quoddā abdiderunt. Hos partim tunc, partim
humiditate labefactos, Apelicon Theius, magno redemptos precio, restituere conatus, scriptura nō recte suppleta, publica
uit erroribus plenos. Sed ab inclinatione imperij citra, longe sauior pestis in optimos quosq̄ scriptores, & e sacris authori
bus in Hieronymū præcipue debacchata est. Nam laudi cedere debuit Apeliconi, quod in openb^o Aristotelis reponere
sit adnixus, quæ deesse comperiebat. At quibus tandē crucibus digni censeantur, qui cum in alijs authoribus, tum in Hie
ronymo maxime, nō modo emaculare mēdas, quæ uel temporis uitio, uel inscitia librorum inoleuerant, sed his quæ re
ctissime habebāt, suas impuras man⁹ admoliri, polluere, aq̄ulterare, omnia deniq̄ nullo nec pudōre nec iudicio interuente
re sunt ausi. Verū de his in prioribus Tomis ab E R A S M O nostro satis multa dicta sunt: quare nos istis ommissis de
instituto operis ratione breuiter differemus. Ioannes Amorbachius parens noster cū quatuor doctorū (ut uocant) omnia
monumēta suis typis procudere destinasset, & iam Ambrosiū & Aureliū Augustinū haud infeliciter absoletisset, Hierony
mus restabat. Ad huius castigationē cū exemplaria, ductu humanissimi, doctissimiq̄ patris Gregorij Reischij Chartusij,
ex innumeris bibliothecis comparauit: tū ex omni Germania uiros undecūq̄ doctissimos acciuit, nam eo planissime erat
animo erga restituendos sacros illos ac ueteres Christianæ religionis authores, ut huius rei studio, nec rei pecuniaria, nec
ætati iam ingrauescenti parceret. Inter hos itaq̄ quos accersij, Ioannes Reuchlinus in hebraicis nonnulla repositit. Conon
Norimbergensis in græcis & latinis multa castigauit. Sed longe plurimū momenti attulit E R A S M V S ille R O
TERO D A M V S, qui si nobis in tempore contigisset, uel unus ad omnia fuerat suffecturus, uir præter eruditionem
uariam, minimeq̄ uulgarem, diligentia infatigabili, prorsusq̄ adamantina, iudicio exactissimo, & in diuinādo cū res postu
lar, mira quadam solertia. Is quatuor primos Tomos in se recepit, in quos addidit & scholia, ne post hac facile deprauari
possent. Nos in hebraicis alicubi commodauimus operam, quod in his sine nobis nollēt iudicare. Porro pater cum in hoc
nos ante uelut instruxisset trium linguarū: quæcūq̄ peritia, Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ, quod sine horum præsidio, nihil
agi poterat in hoc negotio, tam egregio operi tandem immoriens, hanc prouinciā uelut hereditariā nobis delegauit,
futurum sperans, ut si uetus illa theologia reuiuisceret, minus ualeret spinosum istud sophistarū & frigidum theologorum
genus, & Christianos haberemus magis ingenuos & germanos. Abeunt enim studia in uitam, & tales euadimus, quales
quotidie legimus. Enim uero cum iuxta Iocratem non modo paternarum facultatum, sed & paternorum amicorum,
πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἀρετῆς ὁμοίαν, οὐκ ἔστιν ἀλλοτρίαν τῆς ἀρετῆς καὶ ἀποδοτικῆν, atq̄ adeo studiorū, successionē ea/
peisere deceat, nos ommissis optimis simul ac suauissimis studijs, annos aliquot in hunc laborē insumpsimus, & nonnullā
optimæ ætatis portionē Hieronymo impendimus, ijs quidē laboribus, qui cuius adolescenti senium conciliare possent.
Primū, quantum difficultatis habuerit ueterū uoluminū uix legibiliū collatio, quorū nobis ingens copia fuit, omnibus fere
Germaniæ bibliothecis, exemplaria suggerentibus, si nosse poterūt, qui in ea re aliquādo sunt uersati. Nec tota res ab exem
planibus pēdebat, sæpenumero inter se pugnantib⁹, sæpissime corruptis, iudicio opus erat ad delectū, nonnunq̄ & diuina
tionē, qua quidē in re magis religione opus fuit q̄ temeritate. Atq̄ in alijs quidē reb⁹ uoluptas, sensum laboris adimit, aut
certe mitigat: hic nihil nisi labor, & semp̄ eodē tenore recurrēs molestia. Adde q̄ nullus labor molestior, q̄ emēdare talis
authores, ex quo minus gratiæ redit ad eum qui suscipit. Verū hoc heroicū est, etiam gratis bene mereri de genere mortu
lium. Sic deus cum nullus egeat, nec ab ullo gratiam repetat, tamē omnibus benefacit. Et rex bonus consimili est animo.
Quantū castigadis authorib⁹ magnā laudē q̄dā cōsecuti sunt, Aristarchus notis quod Homerū obelis & asteriscis distin
xerit. Hermolaus nō minus clarus est q̄ ipse Plin⁹. Libris medicorū qd̄ corruptius: In q̄bus restituēdis, egregiā nauauit
operā & nauat Gulielm⁹ Copus, Basilicū urbis immortale decus. Iuris peritorū libris qd̄ deprauat⁹: In his nō infeliciter
rē aggressus Budeus, Galliæ suæ primū honestamētū. Nec hoc inferior Zalusus, q̄ in Pandectarū uolumina pari studio cōmē
tarios meditaf. Deniq̄ quid supererat Aristotelis: Hic adiuuit Theodorus & Argyropylos, & Leonardus Arctinus. Sic
enim prohdolor in omnibus disciplinis, honorū authorū monumenta, per indoctā quorundā audaciā, & audacē inscitā
impune corrupta sunt, ut nisi in tempore succurrissent docti, plane de his fuerit actum. Quod si nō omnia restituta sunt in
opere tam immenso, minime mirū uideri debet: si quidem nec Hercules sufficit aduersus hydrā & cancrū duo monstra.
Nos ergo qui pares esse poteramus aduersus tot milia portentorū: primū iuuenes, deinde mediocri doctrinā: Certe magis
ad laborari nō potuit: & pluraq̄ omnia restituta sunt, ut opinamur. Iā uero neutiq̄ reprehendēdū, si quid discrepat a ueteri
gūtu, aut si qd̄ parū assequaris. Alioquin magis arguēdus ipse Hieronym⁹, quod Græca & Hebræa admiscuerit, nobis
danda uenia, si quod ille scripsit, nos restitulumus. Nam si pulchrū fuit illi scribere, nobis honestum erit restituisse. Quin
potius hæc debēt nos ad studiū earum linguarū inhortari, sine quibus diuinæ litteræ cognosci non possunt. Porro autē
hic quintus Tomus, commentarios habet diui Hieronymi in maiores prophetas, ut uocant, tam insignes, ut hic de eo dī
ei possit, quod ille de Origene Canticū canticorū interpretante dixit. In ceteris uicit omnes, in his prophetarū cōmentarijs
seipsum. Nam iam diutino studio maturuerat eruditio. Et certe uetus testamentum a Græcis pene neglectum uidetur,
quod nouo græce scripto, magis fauerent, at Hieronymus duos Cherubim ex æquo coniunxit, & abyssum abyssō copu
lauit. Quod superest quandoquidē sincera fide sudauimus in restituendo Hieronymo, uestri est o lectores, gratia acci
pere animos: & dare operam, ne post hac deprauetur quod emendatum est. Nos sane non contenti collatione latinorum
codicum tametsi uetustissimorū, Hebræa quoq̄ consuluimus uolumina, si ubi hærebamus, uelut in hebraicis nomini
bus, in locis hebraicis, in dictionibus deprauatis. Sed & locos citationum magna cura adnotauimus, non ut in ceteris
ubi sepius fallitur lector q̄ adiuuaf. Præterea quoties æditio septuaginta ab Hebraica ueritate discrepat, interuallo media
distinximus, suo utramq̄ titulo prænotantes. Vbi uero conueniunt perpetuo uersuum contextu, sumus utramq̄
complexi. Bene uale lector & fruere, & cum in his spiritalibus opibus uersaberis, fac faueas inclytæ ciuita
ti Basileæ, quæ prima thesaurum hunc orbi protulit, faueas officinæ Frobenianæ, in qua la
bor hic defudatus est. Deniq̄ nobis, quorum immensa pecunia, tamen nulla pecunia
æstimandis sudoribus res peracta est. Nam tamen totam pene rem
paternam in hoc opere periclitati sumus, tamen ætatis ac
studij intermissi maior nobis uidet⁹ sumptus.

Iterum uale. Basileæ Nonis Maijs,

Anno a Christo nato,

M. D. XVI.

Jérôme, Préfaces aux livres de la Bible (en cours d'élaboration)

20

PRÉFACES

facta narratur historia^a. Tertius sequitur SAMUEL, quem nos *REGNORVM PRIMVM* et *SECVNDRVM* dicimus. Quartus MALACHIM, id est *REGVM*, qui tertio et quarto *REGNORVM* uolumine continetur; meliusque multo est MALACHIM, id est *REGVM*, quam MALACHOTH, id est *REGNORVM* dicere, non enim multarum gentium regna describit, sed unius Israhelitici populi qui tribubus duodecim continetur.

Wz.
365

Quintus est *ÉSALIAS*, sextus *HIEREMIAS*, septimus *HIEZECHIEL*, octauus liber *DVODECIM PROPHETARVM*, qui apud illos uocatur *THAREASRA*.

Tertius ordo ἀγιογρᾶφα possidet, et primus liber incipit ab Iob, secundus a Dauid, quem quinque incisionibus et uno *PSALMORVM* uolumine comprehendunt. Tertius est Salomon, tres libros habens: *PROVERBIA*, quae illi *PARABOLAS*, id est MASALOTH appellat, et *ECCLESIASTEN*, id est ACCOELETH, et *CANTICVM CANTICORVM*, quem titulo *SIR ASSIRIM* praenotant. Sextus est *DANIEL*, septimus *DABRE LAMIN* id est *VERBA DIERVM*, quod significantius *Χρονονόων* totius diuinae historiae possumus appellare, qui liber apud nos *PARALIPOMENON PRIMVS* et *SECVNDRVS* scribitur; octauus *EZRAS* qui et ipse similiter apud Graecos et Latinos in duos libros diuisus est; nonus *HESTER*.

Atque ita fiunt pariter ueteris Legis libri uiginti duo, id est Mosi quinque, Prophetarum octo, Hagiographorum nouem, quamquam nonnulli *RUTH* et *CINOTH* inter Hagiographa scriptitent et libros hos in suo putent numero supputandos, ac per hoc esse priscæ Legis libros

2. a. Cf. Rt 1, 1

22

PRÉFACES

uiginti quattuor, quos sub numero uiginti quattuor seniorum *Apocalypsis* Iohannis inducit adorantes Agnum et coronas suas prostratis uultibus offerentes^b, stantibus coram quattuor animalibus oculatis retro et antè, id est et in praeteritum et in futurum, et indefessa uoce clamantibus: « Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat et qui est et qui futurus est^d. »

Hic *Prologus* Scripturarum quasi galeatum principium omnibus libris, quos de Hebraeo uertimus in Latinum, conuenire potest, ut scire ualeamus, quicquid extra hos est, inter apocrypha seponendum. Igitur *SAPIENTIA*, quae uulgo Salomonis inscribitur, et *IESV FILII SIRACH LIBER* et *IUDITH* et *TOBIAS* et *PASTOR* non sunt in canone. *MACCHABEORVM PRIMVM LIBRVM* Hebraicum repperi, *SECVNDRVS* Graecus est, quod et ex ipsa φράσι probari potest.

3. Quae cum ita se habeant, obsecro te, lector, ne laborem meum reprehensionem aestimes antiquorum. In Tabernaculo Dei offert unusquisque quod potest: alii aurum et argentum^a et lapides pretiosos^b, alii byssum et purpuram, coccum offerunt et hyacinthum; nobiscum bene agetur, si obtulerimus pelles et caprarum pilos^c. Et tamen Apostolus contemptibilia nostra magis necessaria iudicat^d. Vnde et tota illa Tabernaculi pulchritudo et per singulas species Ecclesiae praesentis futuraeque distinctio pellibus tegitur et ciliciis, ardoremque solis et iniuriam imbrium ea quae uiliora sunt prohibent^e.

90. φράσι] φράσιον Wz. s || 96. purpuram coccum] purpuram et coccum Ruf. || 97. agetur] agitur Ruf.

b. Cf. Ap 4, 10 c. Ap 4, 6 d. Ap 4, 8
3. a. Ex 25, 3; Ex 35, 5 b. Cf. Ex 25, 7; Ex 35, 9
c. Ex 25, 4-5; Ex 35, 6-7.23 d. Cf. 1 Co 12, 22
e. Cf. Ex 26, 7.14; 36, 14.19

SAMUEL – ROIS

21

En troisième lieu vient SAMUEL, que nous intitulos *PREMIER* et *DEUXIÈME LIVRES DES RÈGNES*. En quatrième lieu MALACHIM, c'est-à-dire le <livre des> *ROIS*, qui correspond aux troisième et quatrième rouleaux des *RÈGNES*. Il est nettement préférable de dire MALACHIM, c'est-à-dire <livre des> *ROIS*, plutôt que MALACHOTH, c'est-à-dire <livre des> *RÈGNES*²⁸: en effet, ce texte ne décrit pas les règnes de nombreux peuples, mais celui du seul peuple d'Israël, qui correspond aux douze tribus. En cinquième lieu²⁹ vient *ISAIE*, en sixième *JÉRÉMIE*, en septième *ÉZÉCHIEL*; le huitième livre est celui des *DOUZE PROPHÈTES*, appelé chez eux *THAREASRA*³⁰.

La troisième série contient les *Hagiographes*³¹: le premier livre s'ouvre avec *Job*³², le deuxième avec *David*, livre qu'ils subdivisent en cinq sections formant l'unique rouleau des *PSAUMES*³³. En troisième lieu, il y a *Salomon*, en trois livres: les *PROVERBES*, qu'ils appellent *PARABOLES*, c'est-à-dire *MASALOTH*; l'*ECCLESIASTE*, c'est-à-dire *ACCOELETH*; et le *CANTIQUE DES CANTIQUES*, auquel ils donnent pour titre *SIRASSIRIM*. Le sixième livre est *DANIEL*³⁴, le septième *DABREIAMIN*, c'est-à-dire les *PAROLES DES JOURS*³⁵, que nous pouvons plus justement appeler *Chronique* de toute l'histoire divine, livre qui correspond chez nous au *PREMIER* et au *SECOND LIVRE DES PARALIPOMÈNES*; le huitième est *ÉSDRAS*, qui, quant à lui, de façon identique chez les Grecs et les Latins, est divisé en deux livres; le neuvième est *ESTHER*.


De la sorte on arrive également à vingt-deux livres de l'ancienne Loi: c'est-à-dire cinq de Moïse, huit des Prophètes, neuf des *Hagiographes*³⁶ – bien que d'aucuns inscrivent *RUTH* et *CINOTH* parmi les *Hagiographes* et pensent qu'ils doivent faire entrer ces livres dans leur décompte³⁷. Il y aurait par ce biais vingt-quatre livres dans l'antique Loi, représentés dans l'*Apocalypse* de Jean par les vieillards, au nombre de vingt-quatre³⁸: ils

adorent l'Agneau et, prosternés face contre terre, offrent leurs couronnes^b, tandis que devant eux se tiennent quatre vivants pourvus d'yeux derrière et devant, c'est-à-dire <tournés vers> le passé et l'avenir, qui crient d'une voix inlassable: « Saint, saint, saint le Seigneur Dieu tout-puissant, qui était et qui est et qui sera^d. »

Ce *Prologue* peut convenir comme **Les limites du canon** exorde empanaché³⁹ à tous les livres des Écritures que nous traduisons de l'hébreu en latin: nous serons dès lors en mesure de savoir que tout ce qui ne s'y trouve pas doit être relégué parmi les apocryphes⁴⁰. Ainsi la *SAGESSE*, couramment attribuée à Salomon dans son titre, le livre de *JÉSUS FILS DE SIRACH*, *JUDITH*, *TOBIE*⁴¹ et le *PASTEUR*⁴² ne sont pas dans le canon⁴³. Des *MACCHABÉES*, j'ai trouvé en hébreu le *PREMIER LIVRE*⁴⁴; le *SECOND* est grec, ce qu'on peut prouver d'après son *style* même.

Réponse aux détracteurs⁴⁵ 3. Puisqu'il en est ainsi, je te prie, lecteur, de ne pas considérer mon travail comme une critique à l'égard des anciens. Pour le Tabernacle de Dieu, chacun offre ce qu'il peut: les uns de l'or, de l'argent^a et des pierres précieuses^b, les autres de la batiste et de la pourpre, de l'écarlate et de l'hyacinthe; quant à nous, nous nous estimerons heureux si nous offrons des peaux et des poils de chèvres^c. Et pourtant, ce qu'il y a chez nous de plus méprisable, c'est ce que l'Apôtre juge le plus nécessaire^d. De là vient que toute cette beauté du Tabernacle – aussi bien que la distinction qu'elle préfigure, par le détail de ses apparences, entre l'Église présente et l'Église à venir –, est recouverte de peaux et de cilices; et ce sont les objets les plus vils qui protègent de l'ardeur du soleil et de la violence des pluies^e.

(Érasme, 1516)



HIERO. IN LIBRUM REGVM PRAEFATIO

C Primus apud eos liber uocatur Breschith: quem nos genesim dicimus. Secundus Elle smoth: qui Exodus appellatur. Tertius uaijkra: id est Leuiticus. Quartus uaijedabber: quem Numeri uocamus. Quintus elle hadborim: qui Deuteronomiū prae-notatur. Hi sunt quinque libri Moyfi: quos proprie thora: id est legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt, & incipiunt ab Iesu filio Naue: qui apud illos Iosue ben Nun dicitur. Deinde subtextum sophtim, id est Iudicium libri: & in eundem compingunt Ruth: quia in diebus Iudicium facta eius narratur historia. Tertius sequitur Samuek: quem nos regnorum primum & secundum dicimus. Quartus Malachim, id est regum: qui tertio & quarto regnorum uolumine continetur. Meliusque multo est malachim: id est regum quam malchoth: id est regnorum dicere. Non enim multarum gentium regna describit: sed unius Israelitici populi, qui tribus duodecim continetur. Quintus est Esaias. Sextus Hieremias. Septimus Ezechiel. Octauus, liber duodecim prophetarum: qui apud illos uocatur there asar. Tertius ordo agiographa possidet. Et primus liber incipit ab Iob. Secundus a David, quem quinque incisionibus & uno psalmodum uolumine comprehendunt. Tertius est Salomon: tres libros habens. Prouerbia quae illi parabolas: id est misse appellant. Quartus Ecclesiasten: id est coeleth. Quintus est canticum canticorum: quem titulo sir asirim appellant. Sextus est Daniel. Septimus dibe haiomim: id est uerba dierum, quod significantius *χρονολογία* totius diuinae historiae possumus appellare: qui liber apud nos Paralipomenon primus atque secundus inscribitur. Octauus Esdras: qui & ipse similiter apud graecos & latinos in duos libros diuisus est. Nonus Hester: atque ita fiunt pariter ueteris legis libri uiginti duo: id est Moyfi quinque & prophetarum octo: agiographorum noue: quae nonnulli Ruth & Cinoth inter agiographa scriptitent: & hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse praeter legis libros uigintiquatuor: quos sub numero uigintiquatuor seniorum. Apocalypsis Iohannis inducit: adorantes agnum, & coronas suas prostratis uultibus offerentes, stantibus coram quatuor animalibus oculatis ante & retro: id est in praeteritum & in futurum respicientibus: & indefessa uoce clamantibus: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens qui erat & qui est, & qui uenturus est. Hic prologus scripturarum quasi galeatum principium, omnibus libris quos de Hebraeo uertimus in latinum conuenire potest: ut scire ualeamus quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur sapientia quae uulgo Salomonis inscribitur: & Iesu filii Sirach liber, & Iudith & Tobias & Pastor, non sunt in canone. Machabeorum primum librum Hebraicum repperi. Secundus graecus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quae cum ita se habeant: obsecro te lector: ne laborem meum reprehensionem existimes antiquorum: in templo dei offert unusquisque quod potest. Alii aurum, argentum, & lapides preciosos: alii byssum & purpuram & coccum offerunt & hiarynthum. Nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus contemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Unde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species ecclesiae praesentis futuraeque distinctio, pellicibus regum & cilicibus ardoremque solis & iniuriam imbrium ea quae uiliora sunt prohibet. Lege ergo primum Samuel & Malachim meum. Meum inquam meum. Quicquid enim crebrius uertendo & emendando sollicitius & didicimus & tenemus, nostrum est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas: uel interpretem me existimato, si gratus es: uel paraphrastem, si ingratus. Quaeque mihi omnino conscius non sum, mutasse me quippe de Hebraica ueritate. Certe si inuidulus es: lege graecos codices & latinos: & confer cum his opusculis quae nupem emendauimus, & ubi cumque discrepare inter se uideris, interroga quelibet Hebraeorum cui magis accommodare debeas si des: & si nostra firmauerit, puto quod eum non existimes coniectorem: ut in eodem loco mecum similiter diuinauerit. Sed & uos famulas christi rogo quae domini discubitis preciosissima fidei myrrha unguis caput, quae nequaquam saluatore quaeritis in sepulchro, quibus iam ad patrem christus ascendit: contra latrantes canes, qui aduersum me rabido ore defecuerunt, & circueunt ciuitatem, atque in eo se doctos arbitrantur, si alijs detrahant, orationum uestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam: illi semper sententiae recordabor. Dixi custodiam uias meas: ut non delinquam in lingua mea. Posui orem meam custodiam: cum consisteret aduersum me peccator. Obmutui & humiliatus sum: & filii a bonis.

PRAE CEDENTIS EPISTOLAE SCHOLIA.

Leuitarum ac sacerdotum censu.) Quod horum uiginti duae familiae censentur. Et nomen domini tetragrammaton.) Quod haec quatuor scribebant litteris יהוה. Alphabetis uel incisionibus.) Comata sentit, quibus distinguit oratio quemadmodum & colis. Carreris homo suauissimus, incisiones interpretat litteras. Idem probat carmine Nalonis

A Nafonis. Verbaque correctis incidere talia ceris. Apud hebraeos duplices sunt. Hoc e duplici figura. Nā ciph in principio mediq; dictiois scribitur hac forma Δ, in fine hac Λ Mem in fine hoc modo Δ alibi sic Δ. Nuh in fine notat hoc pacto Δ, in alijs locis sic Δ. Phe in calce hac habet figurā Δ, in cæteris hac Δ. Sade in fine pingit hoc typo Δ, alijs in locis hoc Δ. Malachim Dibre halomim.) Id est regū ac uerba dierū. מלך melech, rex, דבר dabar, uerbu, יום, dies. Cū Cinoth.) וצרות Cinoth lamētatiōes. Vocat Brelith.) צרות. Id est, in principio. Hac uocem Hilarius ait tria significare Hebraeis, in principio, in capite, & in filio. Notat em̄ libru primis uocibus unde liber incipit. Secūdu uelle sinoth.) שנת שנתו, i. & hac sunt nomina, Nam id exordium exodi. Cæterum וצרות exitus est latinis. Tertius Vajktra) וצרות id est, & uocauit. Sic enim incipit Leuiticus. Quartus Vajedabber,) וצרות, & locutus est. Hoc initu libri Numeroru. Quintus Elle hadbarim,) וצרות, hac sunt uerba. His uerbis exordis Deuteronomii. Porro Αντιγραφον grecis pinde sonat, quasi dicas secūda lex, aut posterior lex. Qui apud illos uocatur There asar.) תריסר, i. duodecim. Nam There duo sunt, & asar decem. Tertius ordo agio grapha possidet.) תריסר, id est sancta scripta, siue sanctoru scripta, quæ proximæ sint authoritatis. Cū illa tribuantur deo, hac sanctis. Quinq; incisionibus.) Id est distinctiōibus, quas grece uocat τμήματα, nos uulgo partes. Quæ illi parabolæ.) παραβολὰ similitudo siue collatio, ut Cicero uerit, a παραβάλλω conféro, cum sententiā metaphora inuolucro conuoluitur. Eā Hebraei uocant misle משה. Quartus ecclesiasten.) Ηουδουασης grece concionator, hoc est qui loquitur apud populum, a nomine Ηουδουα cōcio, unde Ηουδουασις, & hinc uerbale nomē ecclesiasten. Hebraeis dicitur תלתין coeleth. Quæ titulo Sic ha firim.) תלתין, sic cantio, תלתין Strim cantionum, ut eximium canticum intelligas iuxta proprietatem hebraei sermonis. Quod significantius chronicon.) χρονος tempus, χρονολογία uocant greci quæ latini annales, cum res digesta tēporibus recētur. Apud nos Paralipomenon.) παραλειπονμενον id est omissoru, Est hoc titulo liber Xenophontis. Atq; idē tituli usum est Paulo Aemilio nostro, historie quā de rebus Galloru eruditissime conscripsit indere. Quasi galeati principiu.) Opinor qd in summis malis, & in capite poni solet galea. Tobias & Pastor.) Tobias extat, Pastor nup emerit in lucē. Ex ipsa phrafi.) Id est dictione, siue genere sermonis, φράσις dico, φράσις dictio, hoc est, quicquid ad instructā orationē pertinet. Vide lector, ut Hieronymus Iulij argumento potissimum colligit librum non esse Hebraicum. Sunt enim qui stili iudicio parum tribuūt. Vel paraphrasten si ingratus.) Paraphrasis est interpretādi genus liberius, cum a uerbis authoris disceditur, & ita sentētia redditur, ut aliquid addas & de tuo, nonnulla dilucidius dicas, quædam exponēs interim, ut Themistius Paraphrastes erat Aristotelis. Estimes cōiectore) Coniectores, diuinorum genus est, qui ex coniecturis futura quædam aut arcana proferunt.

ARGUMENTVM EPISTOLAE SEQUENTIS.

In nonnullis codicibus ex fragmēto primæ præfationis cufus initium, Tātus ac talis, & hac epistola, ne scio quis unam conflauerat præfationem, & artifex connexerat, per sed interiectum.

DIVI HIERONYMI IN LIBRUM PARALIPOMENON PRAEFATIO.

SI septuaginta interpretum, pura & ut ab eis in Græcum uersa est æditio permaneret, superflue me Chromati episcoporum sanctissime atq; doctissime impelleres, ut Hebraea uolumina latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupauerat. & nascentis ecclesiae roborauerat fidem: iustū erat etiam nostro silentio cōprobari. Nūc uero cū pro uarietate regionum, diuersa ferantur exēplaria, & germana illa antiqua q; trāslatio corrupta sit atq; uiolata: nostri arbitrii putas aut e pluribus iudicare quid uerū sit: aut nouū opus in ueteri opere cudere: illud etibusq; iudicis cornicū (ut dicitur) oculos cōfigere. Alexandria & Aegyptus in septuaginta suis. Esychiū laudat authorē. Constantinopolis usq; Antiochiā, Iuliani martyris exēplaria probat. Mediæ inter has prouincias, Palestinos codices legūt, quos ab Origene elaboratos, Eusebius & Pamphilus uulgauerūt. Totusq; orbis hac inter se trifaria uarietate cōpugnat. Et certe Origenes nō solū exēpla cōposuit quatuor æditionū e regione singula uerba describēs, ut unus dissentiens, statim cæteris inter se consentiētib; arguatur: sed quod maioris audacia est, in æditione septuaginta, Theodotiōis æditionē miscuit, aliter sic uidelicet designās, quæ minus fuerant, & uirgulis quæ ex superfluo uidebātur apposita. Si igitur alijs licuit nō tenere, qd semel susceperāt, & post septuaginta cellulas, quæ uulgo sine auctore itantur singulas cellulas aperuere, hocq; in ecclēsijs legūt, quod Septuaginta nescierūt: cur me nō suscipiāt latini mei, qui in uiolata æditione ueteri ita nouā cōdidi, ut laborē meum Hebraeis, & qd his maius ē apostolis auctoribus cōprobēt. Scripsi nup libru de optio genere interpretādi, ostēdēs illa de euāgelio, Ex Aegypto uocaui filiū meū: Et, quoniā nazareus uocabit: Et, uidebūt in quē cōpunxerunt: Et illud apostoli, Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, & nec in cor hoīs ascenderūt, quæ præparauit deus diligentibus se: cæteraq; his similia, in Hebraeoru libris inueniri. Certe apostoli & euangelistæ, Septuaginta interpretes nouerant, & unde eis hac quæ in Septuaginta interpretibus nō habent: Christus dñs noster, utriusq; testamēti cōditor, in euā-

LA VULGATE

Septante, *Editio Vulgata* et *Hebraica ueritas* (Jérôme, *Ep.* 106 ; 400 ou plus tard)

« La *Koinè* [= *uulgata editio*] est une ancienne édition corrompue en fonction des lieux, des temps et de l'intention des rédacteurs. Quant à celle qui se trouve dans les *Hexaples* et que nous avons traduite, c'est la traduction même des septante interprètes, qui est conservée sans corruption et sans altération dans les livres des érudits. Tout ce qui s'écarte donc d'elle, à n'en pas douter, est aussi en discordance avec le texte hébreu qui fait autorité³ ».

« A ce sujet, je vous rappelle brièvement qu'il y a deux **éditions** : une qu'Origène et Eusèbe de Césarée, avec tous les auteurs grecs, appellent 'commune et **vulgate**' et que beaucoup maintenant nomment 'lucianique' ; l'autre des Septante interprètes, et qui se trouve dans les manuscrits des *Hexaples*⁴ ».

« Pour le Nouveau Testament, si d'aventure un problème est soulevé chez les Latins et s'il y a divergence entre les exemplaires, nous recourons à la source de langue grecque en laquelle est écrit l'Instrument Nouveau ; de même pour l'Ancien Testament, si d'aventure il y a des variantes entre Grecs et Latins, nous cherchons un refuge dans la **vérité hébraïque**, en sorte que, tout ce qui émane de la source, nous puissions le chercher dans les ruisseaux⁵. »

Concile de Trente

SESSIO IV

8 apr. 1546

[**Decretum de Canonicis scripturis**]

Sacrosancta oecumenica et generalis Tridentina Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata praesidentibus in ea eisdem tribus Apostolicae Sedis legatis hoc sibi perpetuo ante oculos proponens ut sublatis erroribus puritas ipsa Evangelii in Ecclesia conservetur quod promissum ante per prophetas in scripturis sanctis Dominus noster Iesus Christus Dei filius proprio ore primum promulgavit deinde per suos apostolos tamquam fontem omnis et salutaris veritatis et morum disciplinae omni creaturae praedicari iussit perspicuus quae hanc veritatem et disciplinam contineri in libris scriptis et sine scripto traditionibus quae ab ipsius Christi ore ab apostolis acceptae aut ab ipsis apostolis Spiritu Sancto dictante quasi per manus traditae ad nos usque pervenerunt orthodoxorum patrum exempla secuta omnes libros tam veteris quam novi testamenti cum utriusque unus Deus sit auctor nec non traditiones ipsas tum ad fidem tum ad mores pertinentes tamquam vel oretenus a Christo vel a Spiritu Sancto dictatas et continua successione in Ecclesia Catholica conservatas pari pietatis affectu ac reverentia suscipit et veneratur. Sacrorum vero librorum indicem huic decreto adscribendum censuit ne cui dubitatio suboriri possit quinam sint qui ab ipsa synodo suscipiuntur. Sunt veri infrascripti. Testamenti veteris: quinque Moysis id est Genesis Exodus Leviticus Numeri Deuteronomium; Iosue Iudicum Ruth quatuor Regum duo Paralipomenon Esdrae primus et secundus qui dicitur Nehemias Tobias Iudith Esther Iob psalterium Davidicum centum

³ JÉRÔME, *Ep.* 106, 2 : « *Koinē autem ista, hoc est Communis editio, ipsa est quae et Septuaginta. Sed hoc interest inter utramque, quod Koinē pro locis et temporibus, et pro uoluntate scriptorum, uetus corrupta editio est. Ea autem quae habetur in Ἑξαπλοῖς, et quam nos uertimus, ipsa est quae in eruditorum libris incorrupta, et immaculata Septuaginta Interpretum translatio reseruatur. Quidquid ergo ab hac discrepat, nulli dubium est, quin ita et ab Hebraeorum auctoritate discordet » (p. 105, l. 28-p. 106, l. 5).*

⁴ JÉRÔME, *Ep.* 106, 2 : *In quo illud breuiter admoneo, ut sciatis aliam esse editionem, quam Origenes et Caesariensis Eusebius, omnesque Graeciae tractatores Koinēn, id est, 'communem' appellant, atque 'uulgatam', et a plerisque nunc Λουκιάνειος dicitur; aliam Septuaginta Interpretum, quae in Ἑξαπλοῖς codicibus reperitur* (ed. J. Labourt, 1955, Paris, CUF 5, p. 105, l. 7-13).

⁵ JÉRÔME, *Ep.* 106, 2 : *Sicut autem in nouo testamento, si quando apud Latinos quaestio exoritur, et est inter exemplaria uarietas, recurrimus ad fontem Graeci sermonis, quo nouum scriptum est Instrumentum: ita in ueteri Testamento, si quando inter Graecos Latinosque diuersitas est, ad Hebraicam confugimus ueritatem; ut quidquid de fonte proficiscitur, hoc quaeramus in riuulis.* (p. 105, l. 21-28).


quinquaginta psalmorum parabola Ecclesiastes canticum canticorum sapientia Ecclesiasticus Isaias Ieremias cum Baruch Ezechiel Daniel duodecim prophetae minores id est Osea Ioel Amos Abdias Ionas Michaeas Nahum Habacuc Sophonias Aggaeus Zacharias Malachias; duo Machabaeorum primus et secundus. Testamenti novi: quatuor evangelia secundum Matthaeum Marcum Lucam Ioannem; actus apostolorum a Luca evangelista conscripti quatuordecim epistolae Pauli apostoli ad Romanos duae ad Corinthios ad Galatas ad Ephesios ad Philippenses ad Colossenses duae ad Thessalonicenses duae ad Timotheum ad Titum ad Philemonem ad Hebraeos; Petri apostoli duae Ioannis apostoli tres Iacobi apostoli una Iudae apostoli una et apocalypsis Ioannis apostoli. Si quis autem libros ipsos integros cum omnibus suis partibus prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt et in veteri vulgata latina editione habentur pro sacris et canonicis non susceperit et tr aditiones praedictas sciens et prudens contempserit : anathema sit. Omnes itaque intelligant quo ordine et via ipsa synodus post iactum fidei confessionis fundamentum sit progressura et quibus potissimum testimoniis ac praesidiis in confirmandis dogmatibus et inst aurandis in Ecclesia moribus sit usura.

[Decretum de editione et usu sacrorum librorum]

Insuper eadem sacrosancta Synodus considerans non parum utilitatis accedere posse Ecclesiae Dei si ex omnibus latinis editionibus quae circumferuntur sacrorum librorum quatenam pro authentica habenda sit in notescat: statuit et declarat ut **haec ipsa vetus et vulgata editio** quae longo tot saeculorum usu in ipsa Ecclesia probata est in publicis lectionibus disputationibus praedicationibus et expositionibus pro authentica habeatur et quod nemo illam reiicere quovis praetextu audeat vel praesumat. Praeterea ad coercenda petulantia ingenia decernit ut nemo suae prudentiae innixus in rebus fidei et morum ad aedificationem doctrinae christianae pertinentium sacram scripturam ad suos sensus contorquens contra eum sensum quem tenuit et tenet sancta mater Ecclesia cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione scripturarum sanctarum aut etiam contra unanimum consensum patrum ipsam scripturam sacram interpretari audeat etiamsi huiusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendae forent. Qui contravenerint per ordinarios declarentur et poenis a iure statutis puniantur. Sed et impressoribus modum in hac parte ut par est imponere volens qui iam sine modo hoc est putantes sibi licere quidquid libet sine licentia superiorum ecclesiasticorum ipsos Sacrae Scripturaelibros et super illos adnotationes et expositiones quorumlibet indifferenter saepe tacito saepe etiam ementito prelo et quod gravius est sine nomine auctoris imprimuntalibi etiam impressos libros huiusmodi temere venales habent: decernit et statuit ut posthac Sacra Scriptura potissimum vero **haec ipsa vetus et vulgata editio** quam emendatissime imprimatur nulli que liceat imprimere vel imprimi facere quosvis libros de rebus sacris sine nomine auctoris neque illos in futurum vendere aut etiam apud se retinere nisi primum examinati probati que fuerint ab Ordinario sub poena anathematis et pecuniae in canone concilii novissimi lateranensis apposita. Et si regulares fuerint ultra examinationem et probationem huiusmodi licentiam quoque a suis superioribus impetrare teneantur recognitis per eos libris iuxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos communicant vel evulgant nisi antea examinati probati que fuerint eisdem poenis subiaceant quibus impressores. Et qui eos habuerint vel legerint nisi prodiderint auctorem pro auctoribus habeantur. Ipsa vero huiusmodi librorum probatio in scriptis detur atque ideo in fronte libri vel scripti vel impressi authentice appareat. Id que totum hoc est et probatio et examen gratis fiat ut probanda probentur et reprobanda improbanda. Post haec temeritatem illam reprimere volens qua ad profana quaeque convertuntur et torquentur verba et sententiae Sacrae Scripturae ad scurrilia scilicet fabulosa vana adulationes detractiones superstitiones impias et diabolicas incantationes divinationes sortes libellos etiam famosos: mandat et praecipit ad tollendam huiusmodi irreverentiam et contemptum et ne de cetero quisquam quomodolibet verba scripturae sacrae ad haec et similia audeat usurpare ut omnes huius generis homines temeratores et violatores verbi Dei iuris et arbitrii poenis per episcopos coerceantur.

**Marco Zoppo, *San Girolamo penitente* (c. 1465),
Bologna, Pinacoteca Nazionale**

<http://www.finestresullarte.info/operadelgiorno/2014/318-marco-zoppo-san-girolamo-penitente.php>
(diponibile le 10 avril 2016)



BIBLIOGRAPHIE ET WEBOGRAPHIE SOMMAIRES

Eugene F. RICE, *Saint Jerome in the Renaissance*, The Johns Hopkins University Press, Baltimore – London, 1985.

A. CANELLIS (dir.), *Saint Jérôme, Préfaces aux livres de la Bible* (à paraître dans la Collection des Sources Chrétiennes).

F. CAVALLERA, *Saint Jérôme, sa vie et son œuvre*, I, t. 1 et 2, Paris, 1922, disponible en ligne le 10 avril 2016 : <http://www.scribd.com/doc/57239629/Cavallera-Saint-Jerome-sa-vie-et-son-oeuvre-1922>

Josephus BRIPIUS, *Carmen de laudibus S. Alexii ex Schedis H. Middeldorpfii editum a Fr. Haase*: (Index lectionum per hiemem 1861 habendarum in universitate Vratislaviensi, disponible en ligne le 9 avril 2016 : <http://babel.hathitrust.org/cgi/pt?id=njp.32101074173657;view=1up;seq=1>

Œuvres de Jérôme éditées par Érasme en 1516

- Préface au Livre des Rois

[Epistolarum sive librorum epistolarium ... Complectens Ta Exēgēmatika, Nempe, Quae Ad Expositionem Divinae Scripturae Faciunt](#)

Autor / Hrsg.: Hieronymus, Sophronius Eusebius ; Erasmus, Desiderius ; Ökolampadius, Johannes

Verlagsort: Basileae | **Erscheinungsjahr:** 1516 | **Verlag:** Froben

Signatur: 1611224 2 P.lat. 701-3/4 1611224 2 P.lat. 701-3/4

Reihe: Omnium Operum Divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus ... ; 4

Permalink: <http://www.mdz-nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:bvb:12-bsb10148846-8>

- Lettre au lecteur

[Commentarios In Prophetas, Quos Maiores Vocant, Continet](#)

Autor / Hrsg.: Hieronymus, Sophronius Eusebius ; Erasmus, Desiderius ; Ökolampadius, Johannes

Verlagsort: Basileae | **Erscheinungsjahr:** 1516 | **Verlag:** Froben

Signatur: 1611229 2 P.lat. 701-5 1611229 2 P.lat. 701-5

Reihe: Omnium Operum Divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus ... ; 5

Permalink: <http://www.mdz-nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:bvb:12-bsb10148847-3>

Edition de 1684

- *Carmen vetus incerti auctoris Sophronii Eusebii Hieronymi, orthodoxae ecclesiae Christi propugnatoris sanctissimi laudes*

Disponible en ligne le 9 avril 2016 :

<http://digitale.bibliothek.uni-halle.de/vd17/content/pageview/9300678>

Gesamttitle: [Sancti Hieronymi Stridonensis Opera Omnia : Cum Notis Et Scholiis, Variis Item Lectionibus, Desiderii Erasmi Roterodami, Mariani Victorii Reatini, Henrici Gravii, Frontonis Ducae, Latini Latini, Aliorumque ; Subnexis item Indicibus novis ... Auctoritate Et Sumptibus ... Friderici, Ernesti Pii Filii, Ducis Saxoniae ... edita, ... / \[Adamus Tribbechovius\]](#)

Titel: 1. Epistolas Ipsius, In Tres Partes Distinctas, Ac Des. Erasmi Roterodami Acholiis Summa Cura Et Diligentia Explanatas, Atque Castigatas Complectens

Verfasser: Hieronymus, Sophronius Eusebius

Beteiligte: Erasmus, Desiderius ; Boerner, J. A. ; Kiplian, Philipp

Verleger / Drucker: Gensch, Christian

Erschienen: Francofurti Ad Moenum ; Lipsiae ; [Halberstadt] : Genschius, 1684.

Concile de Trente, Concilium Tridentinum, Canones et Decreta (Cologne 1619), disponible en ligne le 9 avril 2016 :

http://www.documentacatholicaomnia.eu/03d/1545-1563-.Concilium_Tridentinum_Canones_et_Decreta_LT.pdf